



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Controversiarvm Omnivm Hvivs Ævi
Lvthero-Calvinisticarvm Libri Tres**

Coppenstein, Johann Andreas

Mogvntiæ, 1627

Qvæstio VII. Vnde igitur existit hæc naturæ humanæ prauitas?

urn:nbn:de:hbz:466:1-35233

sanc*titate p*rae*dictum*: vt De*ū* creatore suum recte per fidem cognosceret, ex animo diligenter, cum eo beatus in æternum viueret, idque ad eum laudandum & celebrandum^d.

^a Gen. 1, 31. ^b Gen. 1, 27. ^c Ephes. 4, 24. ^d Prou. 16, 4.

QVÆSTIO VII.

Vnde igitur existit hæc naturæ humana:
prauitas?

RESP. Ex lapsu & inobedientia primorum parentum, Adami & Eua^a: hinc natura nostra ita est deprauata, vt omnes in [†] originali peccato concipiatur & nascamur^b, peccati from item nobiscum perseveraturum ferentes.

^a Rom. 5, 12. ^b Gen. 30, 1, 2, 3, 4, 5, 6, 7. Gen. 5, 3. Pl. 51, 7. Ioh. 3, 6.

QVÆSTIO VII.

^a Rom. 5, 12. Sicut per unum hominem peccatum in hunc mundum intravit, & per peccatum mors, & ita in omnes homines mors pertransiit: in quo omnes peccaverunt.

RESP. ^a De Originali; non de actuali, prauitate loquitur, vt ea quæ sequuntur. Calvinista autem intendit hisce suadere, Islam Concupiscentiam omnibus inherentem esse peccatum quæ Originale, quæ Actualis, quod falsum.

^b Gen. 30, 1, 2, 3, 4, 5, 6, 7. Cernens autem Rachel, quod infæcunda esset, inuidit Sorori sue, & ait marito suo: Da mihi liberos, alioquin moriar. Cu*iratus respondit Iacob: Num pro Deo ego sum, qui priuati te fructu ventristui? At illa: Habeo, inquit, famulam Balam, ingredere ad illam, & pariat super genua mea, & habeam ex illa filios.*

Deditque illi Balam in coniugium: que, ingresso ad se viro, concepit & piperit filium, Dixitque Rachel, iudicauit mihi Dominus, & exaudiuit vocem meam, dans mihi filium: & idcirco appellauit nomen eius Dan. Rursusque Balam concipiens piperit alterum. Gen. 5, 3. Vixit autem Adam centum triginta annis & genuit ad imaginem & similitudinem statim, naturalem, non moralē, Vocauitque nomen eius Seth. Pl. 51, 7. Propterea Deus destruet te in finem: Ob malitiam actualis gentis, non naturæ vniuersitatem: Euellet te & migrabit te de tabernaculo tuo; & radicem tuam de terra viuentium. Ioh. 3, 6. Quod natum est ex carne caro est: Infecta peccato, Originali.

^b De actuali exempla sunt facili & personæ, non naturæ ac generis vniuersi.

QVÆSTIO VIII.

An vero adeo corrupti sumus, ut ad bene agendum prorsus non sumus idonei,
& ad omne vitium proclives?

RESP. [†] Minime ^a Præsertim si per [†] Centrum Spiritum Sanctum regeneremur ^b nisi in Baptismo vel Exhomologis.

^a Rom. 7, 18. 2. Cor. 3, 5. Gen. 8, 21. Iob. 15, 16. b Ioh. 5, 5.

Dicit, nisi per Spiritum S. regeneremur: Quia lauacrum aqua negant Calvinistæ esse necessarium necessitate mediæ & præcepti.

^a Rom. 7, v. 18. Scio enim quia non habitat in me, hoc est, in carne mea bonum. Nam velle adiacet mihi; perficere autem bonum, non inuenio 2. Cor. 3, 5. Non quod sufficientes sumus cogitare aliquid à nobis, quasi ex nobis: sed si sufficientia nostra ex Deo est. Gen. 8, 21. Nequaquam ultra malam ledicam terre propter homines. Sensus enim & cogitatio humani cordis in malum prona sunt ab adolescentia sua. Iob. 15, 16. Quanto magis abominabilis & inutilis homo, qui bidit qua si aqua iniquitatē? b Ioh. 3, 5. Nisi quis renatus fuerit.